

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Certamen Oratorivm De Militari Gloria Inter septem Milites Hispanvm, Germanvm, Francvm, Italvm, Polonvm, Belgam, Hungarvm**

**Vernulaeus, Nicolaus**

**Coloniae, 1623**

IX. Quomodo animandi Milites vbi praedae nulla spes est?

[urn:nbn:de:bsz:31-107383](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-107383)

lebat Appius Claudius obsidio<sup>re</sup>sem non trahendam, sed premendam esse. Quippe per intermissiones & interualla lentiores spes nostras facimus. Et, vt alius dicebat, Multa bella impetu valida per tœdia ac moras euadere.

VIII.

An Belli Dux temporum habere rationem debeat?

**P**yrhus cum positis circa Naupliam castris Regem Antigonum in campum pugnamq; prouocaret, respondit Antigonus suam militiam non magis armorum, quam temporum esse. Pylrho, si sua vite tedium illum caperet, satis multas ad interitum vias patere.

IX.

Quomodo animandi Milites vbi prædæ nulla spes est?

**A**lbertus Austriacus, Belgarum Princeps, in difficili illa longaq; Ostendæ obsidione, Castra sua in quatuor diuersa<sup>um</sup> Natione<sup>um</sup> acies partitius est, & qua prima omnium irruptionem in oppidum faceret,

ceret. ei plurimam auri vim, præter stipendium, addixit, in præda nimirum remunerationem, quam ex vrbe minus sperabant. Vrbe pauld post, per Illustrissimum Spinolam positus est. Magna præmia magnos faciunt animos.

X.

Qualis esse Miles debeat?

**M**iles, secundum Vegetium, debet esse vigilantibus oculis, erecta ceruice, lato pectore, humeris musculosis, valentibus digitis, longioribus brachijs, ventre modicus, exilior cruribus, suris & pedibus non superflua carne distentis, sed neruorum duritie collectis. Secundum eundem, aptior armis rustica plebs est, quam urbana. Quod, ut dicebat Cato, ex agricolis viri fortissimi, & milites. Strenuissimi gignantur.

XI.

An, & quo pacto Belli Dux quiescere in Exercitu possit?

**P**hilippus Macedoniarum Rex cum in Exercitu multo tempore dormiuisset, expegefactus tandem, ijs qui circa se erant, Tuto, inquit, dormiui, vigilauit enim Antipater.